



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

11. De beneficiorum reseruationibus & deuolutionibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

## C A P. XI.

*De beneficiorum reservationibus & deu-  
lutionibus.*

1. Papæ reseruata beneficia (sic dicta, quia eorum collationem Papa sibi propriam vendicat, ut ab alijs ordinarijs conferri non possit) sunt dignitates in Ecclesijs, maximè post Episcopatum V. C. præposturæ in cathedralibus & Collegiis Augustana tamen habet speciale indulsum, eligendi præpositum. Beneficia quæ vacant per promotionem ad alterum, cuius collatio ad Papam spectat, neque refert eis dignitas sit electuaria, sicut in Germania Capitulum cathedralæ: ius habet Episcopum eligendi, si quidem per electionem talis non censetur vacare beneficium prius habitum ab electo, sed primum accendent confirmatione papali & adepta etiam possessione. 2. Beneficia Cardinalium, Curialium seu familiarum Papæ. 4. Quæ vacant per obitum Legatorum, Curorum, & ad curiam accedentium vel recedentium, si in curia vel in locis ultra diuinæ casæ à curia non distantibus moriantur, & dicitur tunc, beneficia in Curia vacare, seu apud sedem apostolicam vel specialiter affectum. 3. Quæ vacant per depositionem, translationem, authoritate Pontificis futam. Beneficia tamen curat, si ea apud sedem directis modis vacare contigerit vacante sede apostolica ordinarij libere conferre possunt, idque ob speciale indulsum, ne cura animarum diu vacare debat.

NB. Ordinarius vacante sede apostolica beneficia vacantia in mense pontificio, cum sit reservatio personalis, conferre potest.

Pote

Porr̄d hæ reseruationes personales restringi de-  
tent, vt locum tamen habeant in beneficijs perpe-  
tuis non in manualibus seu ad nutum amobilibus.

Reseruationes papales locum non habent in be-  
neficijs, quæ sunt iuris Patrionatus laicorum ex fun-  
datione, constructione dotatione; Ratio, quia Papa  
non censetur iuri Laicorum ex fundatione, vel dota-  
tione acquisito præiudicare velle, nisi id speciatim  
exprimat.

Nec habent locum reseruationes Papæ in benefi-  
cij resignatis causa permutationis; quia non censem-  
tur propriè vacare.

Imperator Romanus in qualibet Ecclesia preces  
primarias offerre potest, idque ex speciali indulto  
pontificio.

Si collator beneficium scienter conferat indigno,  
vel si Electores scienter eligant indignum, collatio  
vel electio irrita est, & Collatores atq; electores pri-  
marij ea vice post estate conferendi, eligendi, & de-  
volvunt ut potesta ad proximum superiorem.

Deuolutio collationis beneficiorum interdum fit  
immediate ad Papam interdum gradarim ab uno su-  
periore ad alterum V.C. in electione Episcopi indi-  
gni deuolutur collatio ad Papam, in alijs inferiorib.  
deuolutio fit ad Episcopum, excepto qm ad Papam  
reliqua omnia secularia & regularia in diœcesi sua non  
ad legatum sed ad Episcopum post sex menses eu-  
lutos, tanquam sedis apostolicæ delegatum; quando-  
quidem Episcopus habet specialem delegationem,  
qui non derogat generali delegatio legati. Quod si  
Episcopus neglegat conferre beneficia, quæ ad ipsum  
spectant iure proprio & non deuoluto: tunc ius col-  
lationis ad capitulum deuolutur.

NB.

NB. Causam harum tum papalium reseruationum tum deuolutionum hanc esse , vt Ecclesiam communicatio ac subordinatio tam inter se , quam cum Romana omnium matre & clarius ostendatur & facilius conseruetur.

## C A P. XII.

*De beneficiis Electiis.*

**B**eneficia propriè electiua sunt Prælatura , seu in quibus alijs instituitur , vt sit caput Ecclesie seu Collegij.

**E**lectus ante confirmationem non habet quid dominium beneficij ad quod electus est , quare interim administrationem usurpare non debet , neque priora eius beneficia vacare censentur.

**E**lectio iure communi ad collegium spectat , et iam uno solum superstite , ut pote in quo ius vniuersitatis permanet , quamuis se ipsum eligere non possit , quia ambitionis notaretur ex consuetudine tamen alij extra collegium possunt etiam eligere.

NB. Sufficit electio item esse in quasi possessione iuris eligendi , licet postea ab eo euincatur . Ratio , quia bonæ fidei possessori fructus valide ab alieno , electio autem , institutio , & presentatio sunt quasi fructus iuris beneficij aut patronatus.

NB. Potestatem eligendi non habent Excommunicatus , suspensus ab officio , Irregularis , scilicet celebrans in loco interdicto , el gentes scienter indignum , & decanum V.C ante annum etatis XXV. triennio suspensi sunt , item qui per abusum admissi secularis potestatis elegerunt ; qui tribus mensibus prælatum eligere neglexerunt , priuatis sunt ea vice Impuberis , qui in Ecclesiis regularibus professi sunt , item laici vniuersi.

Omnes